



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Abschnitt

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

HONOS ET VIRTUTUS CAP. XXXIV.

IN quibusdam Vitellii Caesaris numismatib. inveniuntur pulcherrimæ Honoris ac Virtutis imagines, in quibus Virtus sic est expressa; Juvenis galeatus cum pennis supra galeam, hastam sinistra, sceptrum dextra tenens, ocreas habens, & sub dextro pede teftudinem, Honorem, qui muliebri forma est expressus, intuens. Habet autem caput galeatum, ut fortitudine ad Virtutem opus esse indicet, quo nos ab imminentibus insidiis tutamur, eandemq; ob causam hastam habet: pennæ vero vel crista ingenii acumen significant & sublimitia cogitanda. Sceptrum potestatem vitiorum dommandorum, & cupiditatum frændarum. Ocreæ duplicem habent significationem, primum, quod qui Virtutem se cõtantur, semper ad locum, si opus sit, Virtutis exercendæ causâ, mutandum parati esse debent. Deinde, quia pedes & crura imbecillitatem, quam ex hoc terreo corpore suscipimus, quæ nos cupiditatum ictibus obnoxios reddit Prudentia, cujus symbolû est testudo, quam sub pede habet, diligenter muniamus, sicque gressus nostros dirigendos, Prudentia duce, ut ne nosmetipsos in peccandi necessitatem conjiciamus, semperq; in omnibus rebus honorem spectandum & intuemdum, non autem opes. Honos muliebri potissimum forma depingitur, quod mulieres maxime honoris studiosas esse deceat. Est autem seminuda mulieris imago, propter opum contempcionem: eademq; cornucopiæ gestat, & galeam pede premit, quia ex Virtute omnium rerum copia provenit, & virum in Honore propter Virtutem constitutum omnes venerantur.



Honoris & Virtutis imago, ejusque explicatio. *Vigna à viro.* Eadem *Pier. de Galea li. 42* Et propter celebritatem. *Pier. lib. 27. mementum assignat, quod respondet prudentiâ.*

HECATE LUNA. CAP. XXXV.

UNam sub Hecates imagine pingebant, propter varias ejus corporis figuras. Hecate enim cum tribus capitibus pingitur, quorum sinistrû Equi est, dextrum Canis, medium Hominis. Luna n. ex Solis distantia varias figuras sumere videtur, & cum novilunium pingere volebant, candidis vel aureis vestibus indutâ, & ardenti faciem tenentem eâ faciebant: cû mediâ ostendere volebant, eistâ ei in manu ponebant, quia crescentelumine fruges maturat. Plenilunium autem virtutem ferrugineo colore denotarunt, tuncque ramû Laureum & Papaver manû tenere fingebatur: ramum quidem Laureum, quoniam à Sole ignea sit: Laurus enim Soli consecrata est; Papaver vero propter fertilitatem multitudinemque animarum, quæ in ea, tanquam in civitate habitare putabantur. Duplicem enim tellurem Aegyptiorum Philosophia statuebat superiorem unam, inferiorem alteram superioremq; per tellurem Lunam esse putabant, inferiorem verò hanc frugû procreatricem, quanos mortales habitabamus: illam it. animas corpore solutas incolere putabant, quia cum Aegyptii, ex Hebræorum, à quibus multa didicerunt Theologica, esse quandam focum, in quem animæ à corpore solute transmigrent, ibique beatorum sedes esse, & multa gratere de celesti illa patria, & sancta civitate ejus.



nas. *Comas lib. 3. Myib 6. 25.* Hecates hieroglyphicum.

Auſtor. *Xenophanes Tellus duplex Aegyptiorum.*

Aaaa 3 te ejus